

J.K.  
134  
54.

X 23A 6738

IIi  
650

ΠΑΤΛΩΝ

ΘΗΡΙΟΜΑΧΩΝ

SISTIT

ET

AD AVDIENDAS

# ORATIONES

d. 23. Ian. ad idc xxxx.

IN SUPERIORE AUDITORIO

GYMNASII HENNEBERGICI

HABENDAS.

SCHLEVSUNGAM LITTERATAM

OMNI PIETATE OBSERVANTIA

ET HUMANITATE

INVITAT

GEORGIVS ERNESTVS WALCHIVS

GYMNASII RECTOR.

SILVIAE.

excudit IOH. CHRISTOPH. GOEBEL, Gymn. Henneb. Typogr.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA



ADIEINDAS



anta veterum Romanorum fuit voluptas, quam ex ludis spectaculis que capiebant, ut vix verbis exprimi possit. Nullis sumtibus in illis edendis parcebant; experientia enim illos docuerat, animum populi non facilius fleti posse, quam eiusmodi ludis. Insania eorum hac in re adeo processerat, ut imperatoribus romanis, imprimitus Iulio Caesar, teste Suetonio in eius vita, necesse fuerit, legibus ludos coercere, sumtumque illis impendendum determinare, usque dum Constantinus Magnus, sacris Christianorum initatus, eos plane abrogavit. Non vno ludorum genere contenti erant, sed variae et multiplicia erant eorum genera, quibus oculos animosque pascabant, inter quae celeberrimum populoque gratissimum erat spectaculum sive ludus gladiatorum, quem propria voce dicebant munus. Quanta pompa, quantis sumtibus, quantoque sanguine effuso eiusmodi munera quondam fuerint exhibita, iam attingere non liber, quia ad scopum nostrum non pertinet, unicuique eriam, qui antiquitates romanarum vel primis labiis gustauit, notum est. Id tantum proferam, quod in eiusmodi muneribus non tantum bestiae cum bestiis, aut homines cum hominibus, sed et bestiae cum horminibus pugnarint atque certarint. In primis in funeribus industrum et de patria bene meritorum virorum, imo etiam nobilium feminarum haec munera edebantur, quia romani credebat, iis manes mortuorum faciliter placari posse, id quod ab Etruscis didicerant, captivos ad occisorum ciuium sepulcre mactare solitus, horum manes ad placandos. Varii generis erant homines, qui ad edenda munera adhibebantur, ut plurimum tamen serui, vel captiui, ab imperatore aut dati, aut a lanista quodam emti; qui sponte eiusmodi cruentum ludum subibant, erant homines vilissimae conditionis, qui res familiares suas dissolutis et perditis moribus dilacerabant. Vna voce bestiarii vocabantur, quibus nequit numerandi sunt Christiani, qui tempore persecutionum illarum, quas imperatores ethnici contra illos mouerant, saepius damnati fuerunt, ut bestiis obicierentur, et ab istis lanarentur. Num apostolo Paulo etiam necesse fuerit, Ephesi eiusmodi munus edere, pugnamque cum bestiis inire, inter eruditos adhuc disceptatur, cuius disceptationis ipse Paulus dedit anfam, *I. Cor. XV. 32*, scribens: *περι την αρχαντην επιστολην, την ποιησαντον; si secundum hominem aduersus bestias pugnauit Ephesi, quae mibi utilitas?* Vtrum vero haec verba litteraliter, an tropice sive metaphorice sint intelligenda, non vnam eandemque sententiam fouent eruditi. Sunt, qui secundum literam illa interpretantur, credentes, Paulum vere in amphitheatro Ephesino cum bestiis pugnasse, illas vero superando vitam seruasse. Prouocant ad morem apud Ephesinos receptum, quo homines proprio impulsu cum bestiis certarint, de quo *Artemidorus libr. I.c.9.* Onirocrit. scribit: *In Ionia Ephesi voluntarie contra tauros certamen inerunt, et in Attica circa spectacula in Eleusine, adolescentes Athenienses singulis vertentibus annis - - - quam rem in reliquo terrarum orbe ad mortem damnati obire solent.* Non solum vero ad pascendos spectatorum animos voluntarie cum bestiis certabant; sed et ii, qui grauior alicuitus delicti arguebantur, ad eiusmodi θεωρησαντες damnabantur, quam damnatus vix viuus euadebat: hinc *Arnobius libr. 2.* aduersus gentes theatra vocat: *loca sanguinis et publicae impictatis.* Imo quidam ex *Tertulliano* et *Minutio* conligunt, in amphitheatro Ephesino fuisse aram Ioui sacratam, ad quam statu tempore unus et bestiarii in huius honorem fuerit manatus.

status. Quia vero non sacer solum codex, sed et alii scriptores de Pauli ἀπομνησίᾳ  
plane tacent, non audent assērere, qua occasione, quo tempore, et propter quam  
causam Paulus illam subierit, aut subire coactus fuerit. Sed hoc silentium coaequo-  
rum et aliorum fide dignorum scriptorum dubios nos reddit, num Paulus vñquam  
vere cum bestiis cerrarit. Nam plane mihi persuasum habeo, *Lucam*, cum cap. XIX.  
*ad eorum Apostolorum*, Pauli acta Ephesina narrat, minime silentio praeteritum fui-  
sse, si Paulus aut lubens aut coactus cum bestiis dimicasset. Hoc factum enim omni-  
no tanti momenti fuisse, vt posteris traduceretur. Paulus ipse, cum 2. Cor. XI. v. 23.  
omnes persecutions, omniaque pericula, quae ipsi propter Christum subeunda  
fuerant, ordine recenseret, ne minimam de hac ἀπομνησίᾳ mentionem iniciet, quod  
tamen omnino fecisset, si vñquam cum bestiis certasset. Omnes praeterea circum-  
stantiae, quas de Paulo relatas legimus, huic sententiae contradicunt. Quis tam de-  
mens menteque captus erit, vt sibi persuadeat, Paulum, virum diuino flamine adfla-  
tum, virum rara et singulari vitae sanctitatem, maximaque auctoritate apud omnes et  
singulas ecclesias pollementem, animo adeo abiecto fuisse, vt vel lucri causa, vel ad ca-  
prandam auram popularem, aut aliam ab caussā, in publica populi concione cum  
bestiis dimicauerit? Hoc factō sane omnem prorsus auctoritatem suam perdidis-  
set, aliis offensioni fuisse, religionique christianaē maximam ignominiam contu-  
meliamque intulisset, in primis cum bestiarii apud omnes et singulos maximo in  
contemptu versarentur, et nemo illis familiariter viceretur, imo successu temporis  
infames haberentur, iuxta L. I. S. 3. *de postul.* Nec fuit seruus, nec bello captus,  
nec inuitus ad id supplicium damnari potuit, quia ciuis fuit romanus; ciues vero  
romani ad eiusmodi supplicium a nullo iudice damnari poterant. Sane, si senatus  
Ephesinus Paulum vi cogere voluisset, cum bestiis pugnare, ipse ciuitate sua romana  
nixus, eiusmodi sententiae, contra leges latae, publice contradixisset, Cæsaremque  
adpellasset; vt fecit, cum Hierosolymis, iubente tribuno militum, futurum esset, vt  
virgines caederetur, Act. XII. 25. interrogans: εἰ ἦν γάρ Παύλος νεφέλης ἀκατάκερτος ἐγενόμη  
πανικός; num hominem romanum indiuta causa licet vobis flagellare? Protecto eadem  
ratione senatum Ephesinum interrogauiisset: num hominem romanum ad ἀπομνησίαν  
condemnare, vobis licet? Persuasum mihi habeo, senatores Ephesinos, de ciuitate  
romana Pauli certiores redditos, pari cum tribuno militum Hierosolymitanis timo-  
re percullos, istum ab hac poena liberaturos fuisse. Cum itaque quilibet ex adlati-  
mente sua convictus erit, Paulum neque lubentem neque coactum cum bestiis pu-  
gnasse, necesse est, vt credat, verba Pauli non litteraliter, sed tropice et metapho-  
rice interpretanda esse, nempe de hominibus, qui bestiarum more vitam suam in-  
stituunt, et caeco impetu abrepti omne id agunt, ad quod voluptrates ipsos impel-  
lunt, aut, vt cum Cicerone libr. I. c. 30. de Officiis loquar: qui homines sumi nomine, non  
vero re. In primis vero iis homines bestiarum nomine digni sunt, qui alios odio  
plus quam humano prosequuntur, eosque noti verbis solum amaris et maledictis  
infestantur; sed et quantum occasionem arripunt, illis damnatum inferendi. Homi-  
nes eiusmodi infesto animo praeditos cum brutis et bestiis comparari, immo apud  
graecos et romanos, vt et apud populos nostra aetate adhuc viventes bruta, et bestias  
vocatos esse, et adhuc vocari, neminem fugiet. Graeciis imprimis vñfata fuit vox  
ἀνθεῖον, ad nominandum et describendum tales hominem, et ex hac voce et verbo  
μάχων compositeum est vocabulum: ἀπομνησία, quo Paulus vñtitur. Muleis id testi-  
moniis ex scriptoribus profanis probare possem, nisi mihi persuasum haberem, ne-  
mini, nisi graecarum litterarum plane experti, hoc latere. Valet itaque sufficiat,  
idque Plini, qui libr. II. epist. 3. 9. 10. refert, Aeschinem, inuidia Demosthenis Athenis  
expulsum, Rhodique huius contra ipsum habitam orationem recitantem, cunctis  
Rhodiis eam admirantibus, dixisse: Τι δέ, οἱ αὐτεῖ τοῦ θεοῦ, (Διορθώσει) τὰ αὐτὰ πνευ-  
ματος, ἀνθεῖος; Idem narrat Hieronymus epist. 103. ad Paulinum, ita scribens: Aeschi-  
nes, quem Rhodi exsularet, et legeretur illa Demosthenis oratio, quam aduersus eum habue-  
rat, misericordibus cunctis atque laudantibus, suspirans ait: Quid si ipsam audissetis bestiam,  
Demosthenem, sua verba resonantem? Nec ipsi Paulo infrequens fuit, ipsi inimicos,  
bestias vocare, arque controverbias, quas cum hominibus improbis aluerat, tanquam  
ἀπομνησία proponere. Hac enim ratione intelligenda sunt illius verba 2. Tim. IV. 17.  
οὐδὲ κύριος μοι παῖσιν --- καὶ ἵπποσιν ἐν σκυροῖς λεόνοις; sed dominus mihi adjutus, --- et cre-  
atus fui ex ore leonis; siue cum Beza in nouo testamento notis perpetuis illustrato fol.

FK II.650

373 : Dillibero de usu lectionis scriptorum secularium et antiquitatis p.128. et aliis, Nero-  
nem Caesarem; sive cum aliis Festum praesidem intelligas. Paulum bestiarum  
nomine, inimicos et hostes suos adpellasse. eo minus est mirandum, quia Iudei,  
quorum sacris ritibusque Paulus quandam addictus fuerat, soliti fuerunt, omnes a  
fide iudaica alienos, bestias vocare. Exemplis id confirmare, lobens breuitatis stu-  
dio supersedeo, in primis, cum celeberrimus *Eisenmengerus in iudaismo detecto P. I.*  
et v. et 16. multis testimonii ex Talmude et scriptis iudeorum desumptis, id inlu-  
strauit. Haud inutus itaque quilibet conceder, Paulum minime cum bestiis aut  
animalibus brutis pugnasse, sed illi potius rem fuisse cum hominibus, infesto ani-  
mo, et bestiarum instar ipsum inuadentibus, damnumque ipsi quovis modo inferre  
studencibus, quos hanc ipsam ob caussam dignos iudicauit, quibus bestiarum nomen  
imponeret. Verum omnino est dictum illud sermone tritissimum: Homo homini  
angelus, homo homini diabolus est. Felix ille omnino est praedicandus, in quem  
reliqui homines animum vero et non fucato amori deditum habent, eiusque salu-  
tem quavis ratione promouere student; infelix e contrario ille est habendus, in  
quem reliqui animo sunt nouercali, et nil prius nilque antiquius habent, quam ut  
illi damnum et detrimentum inferant. Summa votorum meorum est, vt cum  
praeterlapso anno quilibet omnem deposituerit simulatem atque odium; cum novo  
e contrario induerit amorem et studium in proximum suum, ne cuiquam ad exem-  
plum Pauli opus sit in posterum. Cum itaque sub auspicio hujus anni  
Gymnasium nostrum se obstrictum credit, pro salute et incolumente omnium eo-  
rum, quorum clementia, patrocinio et fauore salus et incrementum ipsius nititur,  
ardentissimas ad Deum fundere preces, quatuor *Iuuenes*, quorum ardor in tractandis  
studiis et mores compositi quaeque fausta de ipsis sperare nos iubent, id munus  
subierunt. In primis POTENTISSIMO ET SERENISSIMO REGI  
POLONIARVM ET ELECTORI SAXONIAE, DOMINO ET PATRI  
PATRIAEE NOSTRAE LONGE CLEMENTISSIMO, ATQUE NUTRITORI  
INDVLGENTISSIMO, TOTIQL REGIAE FAMILIAE, subiectissimam  
nostram devotionem, omnem regiae dignitati congruam prosperitatem adprecando,  
declarabit IO. FRID. BLEYMULLERVS, Sublanus, oratione latina de *meritis domus*  
*Austriacae in eruditionem*. SERENISSIMIS DVCIBVS MEINVNGEN-  
SIBVS ET VINARIENSI, DOMINIS ET NUTRITORIBVS NOSTRIS  
CLEMENTISSIMIS, quaevis fausta et exoptata ex fonte omnium bonorum ex  
humillima mente exorare studebit IO. GEORGIVS WOLFARTH, Hildburghausanus,  
oratione germanica de Rudolpho Habsburgico, Serenissimae *Austriacae domus conditore*.  
PERINLVSTRIBVS ET INLVSTRIBVS SVPREMIS RERVM  
HENNEBERGICARVM CVRATORIBVS ET REGIS CONSI-  
LIARIIS AVLICIS ET REGIMINIS, MAECENATIBVS ET PATRO-  
NIS NOSTRIS PIE COLENDIS, vt et omnibus et singulis, quibus cura rei *venera-*  
*toriae*, *militaris et reddituum commissa* est, aut qui in praefectura, curia, vel quocon-  
que munere patriae inferuent, omnem prosperitatem et salutem impetrare, arden-  
tissimis precibus contendet ERNESTVS LUDOVICVS MULLERVS, Berolacensis,  
oratione latina de *praerogatiis Archiducum Austriac*. Tandem ordines ecclesiasticum,  
scholasticum et economicam optimis omnibus prosequetur AVGUSTVS GOTTLIEB  
BECKER, Adorf-Varijs, oratione germanica ligata, qua *annum practerlapsum*  
ob oculos ponet tanquam maxime *fatalem personis excelsa loco constitutis*.

Vos itaque, MAECENATES, PATRONI ET FAVTORES studiorum no-  
strorum, qua fieri pietate, obseruantia et humanitate potest, rogo atque obtestor,  
vt cunctino die hora nona frequentes adesse et votis de salute publica con-  
ceptis annuere velitis. Schlesungae d. 22. Jan. 1742.

ASO doc. 55

MC

II  
650

X 23A6738

JK  
114  
54

ΠΑΤΑΝΟ  
ΘΗΡΙΟΜΑΧΟΝ  
SISTIT  
ET  
AD AVDIENDAS  
**ORATIONES**  
d. 23. Ian. cl. cc xxxxi.  
IN SUPERIORE AUDITORIO  
**GYMNASII HENNEBERGICI**  
HABENDAS  
**SCHLEVSUNGAM LITTERATAM**  
OMNI PIETATE OBSERVANTIA  
ET HUMANITATE  
INVITAT.

GEORGIVS ERNESTVS WALCHIVS  
GYMNASII RECTOR.

*excludit IOH. CHRISTOPH. GOEBEL., Gymn. Henneb. Typogr.*

*SAEVA*,

